



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Bartolvs A Saxo Ferrato In primam Codicis Partem**

**Bartolus**

**Lugduni, 1567**

Modo mulctarum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96119](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96119)

De officio rectoris prouinciae. Rubr. XLIII.

LEX IIII.

Officiales. Vide glo. super verbo, cursum publicum. et quod dicit tert. lamantes, id est, in officio delinquentes. Nota ex hac l. quod iudex minor potest punire officialem iudicis maioris delinquentem in suo territorio, dum tamen hoc notum faciat maioris iudici.

Notioris. Nota hanc l. quia moralis est, et eam alleg. gloss. vnde cuma questio. qui resistit in gloss. Barto.

Nullus. Nota quod officiales, qui mittuntur a civitate, non debent ad civitatem redire sine suis civitatis licentia, quod nota, et tene menti.

Nulli iudicium. Nota quod de iure communi iudices qui eliguntur ad regendam civitatem, debent habitare in palatijs, seu prae-torij publicis etc.

ADDITIO. ALEX. Nulli iudicium. Adde quod not. Bar. post glo. in l. Aquilinus, de dona. An de iure communi iudices civitatum debeant habitare in palatijs publicis, prout dicit Bart. quod tene menti.

De officio praefecti vigillum. Rubr. XLV.

LEX VNICA.

Resecti vigillum. Plene habes de hoc in l. nam et c. in nam salutem, ff. de od.

De officio diversorum iudicum. Rubr. XLIX.

LEX I.

Nemo iudex. Hec est bona lex habetis aut, sed hodie nouo iure, que similiter est bona, qua nota, et tene menti, quod practicaui iam de facto etc.

ADDITIO. P. PAV. P. Nemo iudex. Quomodo mulier pro causa criminali possit extrahi de domo, vide Barba. in c. in princ. extra de pig. P. O. M. A. Nemo iudex, vide ad limitationem Pan. in c. l. etas, in fin. de re lit. pol. Arret. in cons. r. n. s. et Rom. cons. c. viij. et Sever. in tract. de debito, susp. et fugit. in v. q. v. q. p. in p. palis. et Bart. in tract. de fudi. in ver. adulterum, et vide etiam Alex. in l. perique de in ius vocand.

AVTHENT.

Ed hodie. Nota ex ista auth. quod mulier non debet, nec potest detineri ex aliquo debito publ. co. vel privato.

Vt omnes iudices tam civiles, quam militares. Rubr. L.

LEX VNICA.

Sicristens in officio ad aliud eligitur, per hoc non excusatur, si iudicatus si non finatur in termino statuto, tamen adhuc durat, licet recedi non cogatur stare in ciuitate.

Finantia si tempus statuitur iudici non est perempta, secus si statuitur iustitiae, et causa intra tempus non sit expedita.

Nemo. Nota istam legem, que est bona, et ponit de iudicatu officialium. Nota, ubi vel codicil alterius administrationis oblati, quod ille, qui pendente vno officio, est electus ad aliud officium, non propter hoc excusatur quin debeat stare ad iudicatum. Nota ibi, quod si intra quinquaginta dierum numerum, quod licet causa sit per libello dato tempore iudicatus, non finatur intra tempus, intra quod debet stare ad iudicatum, tamen adhuc postea durat, licet rector non teneatur stare in ciuitate. Nota ex hac lege quod quando tempus statuitur iudici, intra quod litem debeat terminare, licet intra illud tempus non terminauerit, non est perempta iustantia, sed iudex punietur. Secus si tempus statueretur iustantie non iudici, ut dicit vobis in l. properandum, s. j. de iud. etc.

ADDITIO. ALEX. Ad iudicatum. Contrarium tenet Bar. per illum tex. in l. p. r. p. r. p. de debito, ff. de mu. et hono. etc. Pro iudicatu vide l. comilitario, s. de assessor. et l. in mem. m. l. in fin. ff. de offi. proconsul.

De officio eius qui vicem alterius gerit. Rubr. LI.

ADDITIO.

P. PAV. P. De officio eius, de vicegerente seu locum tenente, vide omnino que addidi in Berrac. in verbo locum tenens.

In causa. Nota, quod Respublica potest restituere, de quo dicitur in l. Respublica, ex quibus causis ma. etc. tene menti.

ADDITIO. ALEX. Postulare. Et notandum titu. habere locum in his qui sustinet vicem alterius, puta deputati ab vniuersitate vel collegio vel consilio, secus autem si ille talis qui gerere officium deputatus est, ut eum. Ita singulariter voluit Barto. in l. iustus, ff. de leg. j. Item Bar. in l. j. ff. de offi. eius cui manda. est iurisdic. et no. in l. obseruare, in princ. ff. de offi. proconsul. et ad Bart. adde quod not. ff. si quis et a quo, l. j. s. j. et quod no. cano. in c. eam te. de rescrip.

ADDITIO. Vicegerens constituitur a superiore, et habet iurisdictionem ordinariam.

Aggerente. Pro intellectu istius tituli debet scire quod alius est delegatus, et alius vicegerens. Delegatus est ille, cui ipse iudex committit vicegerens est ille, cui committit superior, propter impedimentum principalis officialis, et iste habet iurisdictionem ordinariam. De hoc loquitur iste tit. et ff. de leg. iij. s. a prefecto, et hoc etiam sentit gl. Nota etiam gl. que est hic, que dicit quod membrum abscisso est de mero imperio, et vide gloss. super ver. acitare, etc.

ADDITIO. ALEX. Ordinariam. Et an locum tenens hominis, vel legis habeat merum imperium, vide Bal. in auth. de nouo iure, in princ. de seruis fugi. et ad id quod hic dicit Bart. adde Bar. in l. ne quicquam, s. vbi decretum, ff. de offi. procon. et leg. in antepe. col. et ibi gl.

ALEX. Sentit glo. no. etiam gl. que est hic, que dicit quod abscisso membris est mero imperio, per Bar. et doct. in l. imperium, ff. de iurisd. omnium iudicum, et Bal. in antepen. sed nouo iure, in princ. de seruis fugitiuis.

CLAUD. DE SEISS. Nunquid autem mandatum factum isti a superiore, intelligatur factum, ut vicegerenti, ita quod ille qui postea eligitur, teneatur, vide Innocen. de doct. in c. caus. de rescri.

De assessoribus. Rubr. LII.

LEX III.

Iudiciorum. Ista est notabilis lex, cum scholaris presentatur doc. Bartol.

Consiliarios. Hec est bona lex, et singularis. Causus est in quo fuga facta quem haberi pro confesso. Et sic no. quod officiales, qui inculpantur de aliquo, si aufugiunt, pro confesso habentur etc.

ADDITIO. ALEX. Consiliarios, vide plene per Bart. in l. lex Loin. ff. ad Silla. an et quando officialis inculpatus de aliquo aufugiens habeatur pro confesso.

Eluc. Nota, quod illud quod lucratur assessor, est quas si castrene peculium, videtur in l. de inoffic. reit. et l. son. de aduo. ouer. iudic.

Post. Nota, quod potestas tenetur pro familia sua, ut hic, et ad l. Jul. repe. l. i. de illum qui deliquit offerendo, videtur quod debeat liberari, ut hac l. in de publica, cum si exhibuissent, s. j. ut ibi dicitur.

Nemo. Nota tert. ibi, neque enim facie credendum est, etc.

De modo mulctarum. Rubr. LV.

LEX I.

Multa. Vide gloss. super versu. damnum. Hec lex allegatur, quod damnati non sunt infames, de damnatis vero per inquisitionem, an sint infames, sic ut dicitur in l. infamem, ff. de pub. iudic.

ADDITIO.

Multa

